

Lifago, ein neues Genus der Compositen aus Algier.

Von

Georg Schweinfurth und Reno Muschler.

Unter den von Professor Dr. LUDWIG DIELS aus dem südlichsten Algerien gesammelten Pflanzen fand sich unter anderen interessanten Compositen auch eine solche vom Habitus einer *Evax*-Spezies. Eine genaue Analyse ließ aber sofort erkennen, daß die vorliegende Art nicht in diese Gattung zu stellen sei. Auch in die anderen habituell sehr ähnlichen Abteilungen der Compositen ließ sich diese Art nicht einordnen. Eingehendes Studium sowohl des Herbarmateriales als auch der Literatur zeigte bald ohne Zweifel, daß wir es hier mit einem neuen Genus zu tun haben, das in die Gruppe der *Inuleae-Filagininae* zu stellen ist. Am meisten gleicht die neue Art der von POMEL in seinen »Nouveaux matériaux pour la flore atlantique« (1874) auf Seite 44 beschriebenen Gattung *Ervacopsis*. POMEL hatte diese Gattung wie folgt charakterisiert: »Calathides anguleuses, pyramidales. Péridine à folioles sur plusieurs rangs embriquées en séries longitudinales. Fleurs femelles filiformes¹⁾ entre les folioles; fleurs hermaphrodites stériles, tubuleuses, en petit nombre au centre. Akènes obovés, comprimés, sans côtes, tous libres et sans aigrette. Réceptacle linéaire, tronqué sous les fleurs mâles.« — Der Autor rechnete zu diesem Genus folgende Arten: *E. exigua* Pomel (= *Evax exigua* DC.) — *E. Heldreichii* Pomel (= *Evax Heldreichii* Parl.) — *E. montana* Pomel (= *Filago Pomelii* Batt. et Trab.) — *E. polyccephala* Pomel (= *Filago exigua* Sibth.). Die Unterschiede dieser neuen Gattung waren zu minutiöser Art, um allerseits anerkannt zu werden. BATTANDIER und TRABUT²⁾ zogen denn auch alle hier beschriebenen Arten zu anderen Gattungen, wie *Filago* und *Evax*.

Bezüglich der *Filago exigua* Sibth. schreiben BATTANDIER und TRABUT (l. c. p. 444): »Plante semblable, sauf les caractères de section au *F. micro-podioides*«. Diese Beimerkung stimmt nun ganz ausgezeichnet auf die vorliegende Spezies, die vielleicht mit den algerischen Exemplaren der so-nannten *Filago exigua* Sibth. zu identifizieren ist. In diesem Falle wären eben alle diese Vertreter in unsere neue Gattung zu rechnen, wenn sie vor allen Dingen Zungenblüten besitzen. Der Entscheid über diese

1) Gesperrt von uns.

2) Flore de l'Algérie I (1888) p. 437—443.

Frage kann sich erst bei Untersuchung von völlig authentischem Materiale, das uns zurzeit noch fehlt, lösen.

Lifago Schweinfurth et Muschler gen. nov.

Capitulum pluriflorum, heterogamum floribus ut videtur omnibus fertilibus; marginalibus biserialibus vel uniserialibus, ligulatis foemineis centralibus tubulosis hermaphroditis. Involucrum subcampanulatum, 5—6-seriale; squamis permultis, in quavis serie 8—10, inaequalibus; exterioribus totis foliaceis, viridibus, pilis longis albidis unicellularibus dense vel densissime obtectis, interiores et discum florum longe superantibus, patulis spatulatis e lamine ovato-rotundato vel ovato-lanceolato subabrupte in petiolum longum angustata obtusa; interioribus multo brevioribus et sensim sensimque angustioribus, exterioribus alternis stramineis, basi truncatis; intimis interioribus multo angustioribus, linearibus subhyalinis densissime pilis longissimis plerumque multocellularibus ac articulatis obtectis. Receptaculum planum, demum convexum, punctulatum. Flores foeminei: Corolla basi leviter tubulosa, apice late ligulata; ligula ovato-oblonga vel ovata, nervis longitudinalibus, discoloribus, brunneo-flavis perducta, apice plerumque 3-dentata, tubo suo 2—3-plo longiore. Stylus breviter exsertus, inferne glaberrimus, apice profunde bifidus, basi subincrassatus; ramis stigmatibus rectis, demum ut videtur paullo recurvatis, densissime papillosis, apice obtusatis. Ovarium lineare, fuscum, basi truncatum, pilis albis vel albido-flavis plus minus dense obtectum. Pappus setosus, universalis; setis basi concretis utplurimum capillaribus, aequalibus (rarissime rigidis, basi paullo latioribus, gradatim acutatis) denticulis acutis minimis plerumque patentibus armatis, subaequilongis, sed interdum setis brevissimis intermixtis. Flores hermaphroditici: Corolla tubulosa, paleae involucranti subaequalis vel paulo longior; tubo basi tenui, parum infra medium corollae subito ampliato, campanulato et limbo 5-fido terminato, nervis infra furcationem concoloribus, sed saturatius coloratis perducto; limbi laciniis erectis, deltoideis. Filamenta 5 longa, paulo infra medium corollam nervis enata, albida, plana, latiuscula fasciculo vasorum percursa, ideo uninervia. Antherae plerumque exsertae, flavescentes, basi subsagittatae, attenuatae, apice in appendiculam liberam discolorem deltoideam, subcarinatam, acutam, basi utrinque rotundatam et valde constrictam productae, connectivo subbrunneo, valido basin versus discolore, terete, conico sed infra basin antherarum vix dessidente, brevissime libero, et hic cum filamento concolore articulato percursae. Pollinis granula globosa, undique echinulata. Stylus albido-flavus, basi tuberi oblongo, utrinque truncato fusco immersus, apice profunde bifidus, infra furcationem glaber; ramis stigmaticis croceis, applanatulis, apice cono sublongo, attenuato pappilloso auctis, demum utrinque recurvatis. Ovarium anguste lineare, basi attenuatum, pilis minimis unicellularibus albidis vel albido-flavis sparsim obtectum. Pappus setosus,

universalis; setis basi concretis utplurimum capillaribus, aequalibus, denticulis minimis plerumque patentibus armatis, subaequilongis, sed interdum setis brevissimis intermixtis. Achaenia matura difformia; florum foemineorum crassa triquetra, obpyramidata, subfuscata, apice truncata, utrinque acutangula, pilis minimis unicellularibus albido-flavis subdense obtecta; florum hermaphroditorum crassa, subcompressa vel faciebus convexis obsolete tetragona, pilis adpressis cinereis ubique hirsuta.

Herba africana in desertis Algeriae australis reperta, annua, ut videtur, tota tomentosa; caule terete leviter sulcato-striato. Foliis oppositis, elongato-ellipticis basi apiceque revera acuminatis, i. e. basi longe angustatis, attamen rite sessilibus nec in petiolum attenuatis, utrinque cinereo-tomentosis. Capitulis majusculis solitariis terminalibus, breviter pedunculatis; floribus utriusque sexus luteis, nervis corollarum discoloribus, utplurimum brunneis; ligulis oblongis, discum superantibus.

Genus nostrum medium quasi tenet inter *Filago* L. et *Evax* Grtn. Cum illo convenit: floribus hermaphroditis tubulosis. Differt vero a *Filago* R. Br. genere primo intuitu: involuci squamis intimis setaceis vel capillaris formibus, discum florum superantibus, et receptaculo plano demum convexo vel subconvexo. — *Evaxis* Grtn. genus cum nostro genere mirum in medium congruens: tum involucro exteriori foliaceo simillimo, tum achaenii totis fere iisdem, praesertim quod attinet ad eorum formam; facilime tamen distinguitur a nostra *Lifago*: floribus marginalibus tubulosis et antherarum appendicula apicale concolore. —

Nomen genericum e nomine *Filago* mutatum.

Lifago Dielsii Schweinfurth et Muschler n. sp.; herba annua, humilis vix 10 cm alta, erecta radice tenui recte descendente fibrillis tenuissimis aucta. Caules fistulosi pilis satis longis albidis plerumque unicellularibus dense vel densissime obtecti, teretes tenuiter substriatuli. Folia subparva spatulata, acuta vel rarissime subobtusa, inferiora insimilis subsessilia minuta, inflorescentiam versus sensim sensimque accrescentia, omnia pilis longis subsericeis albidis plerumque unicellularibus dense cinereo-tomentosa, ut videtur enervosa. Capitula maxima solitaria, terminalia, pedunculo brevissimo insidentia, pluriflora, foliis eis caulis similibus sed subminoribus circ. 3—6 circumvallata ac fere abscondita; involuci late campanulati squamae multiseriatae ab ceterioribus et latioribus folia caulis simulantibus ad interiores lineares hyalinis et ad intimas filiformes hyalinis sensim sensimque decrescentes, omnes pilis longis denticulis acutis minimis plerumque patentibus armatis auctis densissime obtectae. Corollae ut in generis descriptione scriptae.

Südlichstes Algerien: Colomb Béchar, sehr vereinzelt im Sande der Kieswüste, 775 m s. m. (L. DIELS s. n. — Blühend und fruchtend am 1. April 1910).

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Botanische Jahrbücher für Systematik,
Pflanzengeschichte und Pflanzengeographie](#)

Jahr/Year: 1911

Band/Volume: [45](#)

Autor(en)/Author(s): Schweinfurth Georg August, Muschler Reinhold
(Reno)Conrad

Artikel/Article: [Lifago, eini neues Genus der Compositen aus Algier. 428-
430](#)